

De opere tercie diei.

Glorio die deus aquas sub firmamento in locum unum congregauit et appareat arida vocavitque adam terram. Congregantes vero aquarum maria appellauit. Cidensque bonum esset: ait germinaret terra herbam vires enim: et semen facientem: et lignum pomiferum facientem fructum iuxta genus suum. Post firmamentum de clementorum integritate: et positura: et ordine: nos breuiter admonet per collectionem aquarum ad locum unum: et prescriptas mari leges ne terram obruat. Si igitur que inuisibilis olim fuerat terra: futurum est ut sub conspectum veniat: necesse est aquas que sub celo sunt id est sub media aeris regione congregari ad locum unum id est ad communem mixtionis colluuiem confluentes: certis legibus tamen: quasi littoribus prescriptam in unum locum: tanquam in matricem coalescere. Neque enim illud ita est verum: ut nusquam distinctis disclusisque in locis aque inueniantur. Cum indicum mare ab hircano: hircanum ab adriatico: adriaticum ab Euxino. Innumera preterea fluuiorum: fontium lacuumque flueta longissima locorum inuicem intercapedine dispescantur. Sed ideo ad locum unum congregate aque dicuntur. Quia particulares hec atque diuise aquarum collectiones vel marine vel fluminatiles: omnes ut inquit Salomon ad primarium mare tendentes: in unum oceanus locum induuntur et coeunt. Terra autem cum maris undis obruitur: nec utilis nobis: nec visibilis item est: sed tunc et animalium et nostris visibus idonea: cuicunque ab eo secedens mari magis magisque sub aspectum venit: tunc fertilis: tunc secunda. Quod hic a Moysse apertissime demonstratur. Cum eam simul atque apparet: et herbarum et fruticum et arborum parentem facit. Recte post illam aquarum congregationem terram inducit statim viridem et florescentem. In medio autem mundi tanquam centrum posuit: venis metallorum videlicet auro: argento: eri: cupro: stanno: plumbo: ferro (quod omnia domat) dotauit: cunctis quoque herbarum generibus summa oblectatione in viridi maturitate illico vestiuit. Herbeque semina: arbores fructus suauissimos produxerunt. Ferunt quoque eodem die paradisum ab eo factum id est ortum secundissimum et amenissimum: omni genere ligni arborumque. Quem omni amena te fontium: et terre virentium: lignorumque fructum uberrimum producentium conseruit.

